



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 23.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Disputatio
non vide-
tur domi
Matthaei
fuisse.

Responsiones illae ut verae sint, & accipiendae, ita tamen non necessariae. Etenim non existimo Phariseos adeo fuisse importunos, ut in domum Matthaei irrumpirint, & disputarint, & si illi forte id ausi fuissent, de Ioannis tamen discipulis id suspicari nolum. Inuitatus erat Iesus, magnum erat conuiuium, in quo publicani & alii, ut ait Luc. 5. 28. Itaque splendidi conuiuii, & magnus apparatus, confidebant ad mensam etiam discipuli, ut est in Marc. 2. 15. Incivile porro, imo periculosum videbatur, in alienam domum, durante conuivio, disputationem odiosam instituire, qua probarent, patres familias, & conuiuias non esse dignos quibuscumque vir honestus cibum sumeret. Nec cum discipulis clam id agere poterant, quandoquidem & illi discumbebant. Deinde cur non expectarent exiguum tempus dum descenderent, neque enim in multas horas conuiuium protactum est. Addo non esse verisimile, Ioannis discipulos intro progressos, ut de ieiunio coram publicanis disputarent. Quin nec Pharisei suam puritatem contaminari peccatorum praesentia existimassent: Hinc ergo facile nodus dissolvitur. Non enim in conuivio, sed eo absoluto, Christo ad nauem egresso, & in via cum discipulis disceptarunt, & disputationi interuenit Iairus, & Christus ut appareret consortio peccatorum se deteriorem non esse factum, mortuum puellam in vitam reduxit.

QVÆSTIO II.

An in historia consentiant Euangelistae?

§. 1. **D**omine, in quibusdam omittitur. Hunc locum calumniati sunt, quia videtur aliis repugnare Euangelistis. Hic dicit *ἀπὸ τοῦ οὔρου*, modo defunctam esse, apud Marc. 5. 27. dicitur *ἐκ τῶν ὀστέων*, in extremis esse, apud Lucam *ἀπὸ τοῦ οὔρου*, moriebatur, extremum trahebat spiritum cum abiret *ἀπὸ τοῦ οὔρου*, & iam non falso mortuam suspicabatur. Multum autem rogabat, ut est apud Marcum, & quia iam desperauerat de vita eius, mortuam dicit. Quaedam exemplaria habent *ἀπὸ τοῦ οὔρου*. Irenaeus. l. 5. c. 15. principem interpretatur *ἀπὸ τοῦ οὔρου* summum sacerdotem. Sed ex Marc. 5. 25. constat fuisse principem Synagogae.

§. 2. Insignis hic locus in testamento Syro, ubi titulus praefigitur: *בְּרִיבְרָא בְּרִיבְרָא* beducherena daghabide. In commemoratione defunctorum, quo loco ostenditur, haec lecta esse, cum sacrificia pro defunctis offerrentur. Quod in Ecclesia Catholica fuisse antiquissimi moris, ipsi haeretici, & inter eos Zanchius staterunt.

§. 3. Adorabat Christum, *προσκύνησεν*, *προσκύνησεν* adorabat, non civili honore, sed maiore, quem uti Prophetæ deferebat, & viro Sancto. Atque ita calumnias Phariseorum retundebat. Lucas, cecidit ad pedes eius: nomen eius Iairus à Matthæo non exprimitur.

Hinc Wolfgangus Musculus probare contendit, ipsa *προσκύνησεν* idololatriam committi, cum genua figimus ante statuas Christi, vel sanctorum. Non tamen controuersia in re esse potest, si verborum absint proprie hō- cauilla. *προσκύνησεν* commune est, Deo & creaturis exhibetur, Imagini nunquam, nisi improprie, & ut refertur ad prototypum.

VERSVS 20.

Et ecce mulier quae sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius.

QVÆSTIO I.

Quid? & recte mulier fecerit?

§. 1. **M**arcus & Lucas addunt, mulierem eam omnes suas facultates in medicos expēdit: itaque tanto fuit euidētius miraculum. accessit retro, pudore sexus, & morbi. Leu. 15. sanguine fluens immunda erat, itaque metu & pudore clam accessit. Inter multos igitur Christum prementēs, haec sola tangit. Virtus exiit, operata est. Fimbriam Syrus vocat *ῥαβδον* cornū extremum, Deut. 22. 12. vocantur *ῥαβδον*, Zizich filamenta quaedam fimbriaeque, quibus a gentibus distinguebantur. Vide Num. 12. Deut. 22. Itaque non nulli putant, illius tactum, velut sacrum elegisse: Verum illa videtur infimum delegisse, tati enim Christi potentiam aestimabat, ut minimae rei ad eum pertinentis attractu sanatum iri se confideret: sed fimbria hic non nisi extremam oram vestis indicat.

§. 2. Hoc ex mulieris facto diuersa dogmata eliciunt diuersi Interpretes; Calvinus mulieris zelum indiscretum reprehendit. Nos reliquiarum venerabilium ad prototypum tendentem approbamus. Mulierem satis Dominus defendit, cum iubet confidere, filiam vocat, fidem laudat. Non tamen existimat vim esse in vestibus, imo vis est solius Christi, & fidei, quae in Christum refertur, hac confisa afflicta mulier incipit miraculum, dicens, *ἐν ἐμοί*, Era, intra se, itaque supra male verterunt: inter se.

§. 3. Marcus 5. 21. ista addit: & fuerat multa perpeffa à compluribus medicis, & erogauerat omnia sua, nec quicquam profecerat, sed magis deterius habebat.

Eadem ferè Lucas c. 8. nisi quod Petrum ait respondisse.

Primo, in medicos omnia erogauerat, sed deterius habuit, ut quia mulier suspecta de fraude esse potuit, haberet testes medicos, in suum probum non mentituros, & cognatos.

Secundo. Plurima perpeffa fuerat à medicis, & non potuit curari. Maior ergo humana fuit virtus, qua curata est.

Terrio. Siccatu est fons sanguinis, non modo in praesens ablatus dolor, sed causa morbi momento sublata est.

Quarto. Virtutem ait exiuisse. Non quod virtus ab eo localiter abscesserit, ut bene monet Fulgentius, sed quod nouum effectum ediderit, latius. Matth. 14.

§. 4. Hinc itaque manifestum est, mulierem non peccasse, quam Christus sanat & tuetur, & fide seruata proficitur, fide enim fimbriam tetigit. Consequitur etiam neque nos peccare, cum res sacras, & ad Christum peculiari modo pertinentes, honore proprio ad Christum relato prosequimur.

VERSVS 23.

Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cum venisset Iesus in domum Principis & vidisset tibicines & turbam tumultuantem.

QVÆSTIO I.

Cur tibicines & turba tumultuans?

§. 1. **T**ibicinum cantum, & alia praefatum opera damnat Piscator, & alii. Verū si modus seruatur, grauiusque ad solatia vinorum, requiem defunctorum, Dei gloriam omnia referantur, honor defunctis habitus culpae non debet. Et si enim luctus non est augendus, sed imminuendus; non tamē *ἀπὸ τοῦ οὔρου* probanda est, cum sine sensu viuendum, intimi decedunt. Qui n. dolentes ob carorum funera solantur, iidē non mori-

Historicus in Chronographica tabula habet saeculo
300.c.19. [Hoc hodie faciunt recentiores Iconocla-
stae, quorum in domibus ac conclauibus, pro cruce
fixo aliq; sacris imaginibus (quibus ante suum nau-
fragium pie oblectabantur ut banturq; iuxta veterē
Christianorum consuetudinem innumeris SS. Patrum
in tota veritate texta recentiorum testimonio com-
probatam) aliud ferme nihil visitur, nisi vel propriæ
ipsorummet aut vxorum effigies, vel impura Luheri,
Caluini, Bezae, Veneris Cupidinis simulachra, aliæque
similia luxuriæ citamenta. Hic mihi Iuliani Apostata
suam statuat imaginem Iesu Christi ante, ponentis fa-
ctum ponderant, tedit in memoriam Calviniani cu-
iusdam Nobilis responsum, mihi ante annos aliquot
non nihil hac de re familiariter percontanti datum.
Si sibi ob oculos ponerentur, hinc quidē Iesu Christi
Regis Regū Imago, illinc vero Regis alius terenti
effigies, se Iesu Christi Imaginē potius, quā Regis ter-
reni effigiem confuturaturum. Quippe vlti comparatū
est, ut quibus hæresis semel excecavit mētis oculos, il-
li per difficile terrā celo, & creaturā creatori anteponan-]

VERSUS 24.

*Dicebat recedite: non est enim mor-
tua Puella, sed dormit: Et deride-
bant eum.*

QVÆSTIO I.

Cur dixerit: Puella non est mortua, sed dormit?

Christo
dormiunt
qui nobis
mortui
sunt.

§. 1. **V**ere proprieque mortua erat, alioqui mira-
culum nullum futurum erat; nā cuiuslibet
est dormientem excitare. Curigitur mortuam negat?
Prima Responso, sibi mortuam nō esse, tam enim faci-
le posse ad vitam reuocari, quam excitari dormientē.
Altera non esse eo modo mortuam, ut cæteri qui ante
iudicium extremum non resurgunt, alioqui iustorum
mors somnus est. Hinc & loca, ubi Christianorū cor-
pora conduntur, κοιμητήρια vocantur. Dicitur verus
laudatur: *ὁ ἐν τῷ σῶμα θνήσκων καὶ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν*. Vbi
in somnum incidit fratrem mortis: Gorgias Leontinus ap-
ud Elian. l. 2. c. 35. Frater, inquit, incipit, me fratri trade-
re. Panfanius quoque in Laconicis refert, somno &
morti vti fratribus statuas collocatas. Plutarchus ad
Apollonium vocat mortem *κοιμητήριον*, & *ἀφ' αὐτοῦ*
peregrinationē & absentiam. Verum ita illi, qui mor-
tis consecraria, præmia, & pœnam non credebant.

VERSUS 27.

*Et transeunte inde Iesu secuti sunt
eum duo cæci clamantes & dicen-
tes. Miserere nostri, fili David.*

QVÆSTIO I.

Quæ in cæcis sanandis contigerunt?

Domi-
cu-
rat, ut tur-
bam vitet.

§. 1. **N**on curauit eos in via, ne continuo noua
turba concurreret, & id fieret, quod post
resuscitatem puellam fugerat. Ideo & domi clam cur-
rat, & præcipit, ne cuiquam indicent, nec simplici mo-
do, sed *ἐν ὀνόματι κυρίου* cum fremitu prohibuit. Quo-
cunque autem causa prohibendi fuerit, iustam fuisse
non dubitamus.

§. 2. Vocant filium David, ut Messiam esse se cre-
dere profiteantur. Hieron. Comment. in Matth. Au-
diant Marcion & Manichæus, & ceteri heretici, qui verus Ie-
sus, ut Mes- niant instrumentū, & discat saluatore appellari filium David:
siam agno- si enim non est natus in carne quomodo vocatus filius David.
sunt.

Diffamantur, solet in malum accipi, sed nosse ex pres-
sit: *διεφύμηνον*. An peccarint, An certo modo prohibe-
buerit, donec inde abissent, non constat.

Contra mandatum egisse mihi videntur. Hieron.
Comm. & Theophylactus excusant veluti grato, alii
peccasse arbitrantur, utcumque res habeat non mali-
tia, sed nimio gaudio, & studio erga Dominum pecca-
runt, si id factum est.

QVÆSTIO I.

Quæ fides cæcorum?

§. 1. **N**on est specialis fiducia, seu actus volunta-
tis, quo confisi fuerint sibi peccata non im-
putari. Id enim credebant, quod Christus exigebat, si
Creditis quia hoc possum facere vobis: Dicunt ei: vti que Domi-
ne. Fidem ergo omnipotentia, non specialis miseri-
cordiæ exegit; nec ex eo quia dixerunt, *miserere nobis*,
colligi potest, illi tum de visu recipiendo, non de ele-
ctione agebant.

Fidem exigit, ut credant se posse facere, non ut cre-
dant se posse a Deo impetrare, quæ re diuinitatem
suam demonstrat, dum sibi absolute potentiam illam
tribuit.

§. 2. Calvinus admodum varius est, nam l. 3. c. 2.
n. 29. instituit. Fidem proprie in promissione collocat.
Vitam enim a Deo querit, quæ non in mandatis, aut
pœnarum edictis, sed misericordiæ promissione repe-
tatur: eaq; non nisi gratuita: quoniam conditionalis,
qua ad opera nostra remittimur, non aliter vitam
promittit, quam si perspicimus in nobis litam.

Et lib. 3. c. 4. n. 22. [Peccator vero certam & liqui-
dam absolutionem amplecti potest, ubi simplex illa
conditio apponitur de amplexanda Christi gratia, se-
cundum generalem illam magistri ipsius regulam,
quæ impie spreta in papatu fuit, Secundum fidem
tuam fiat tibi.]

Vbi mira vertigine fidem applicat ad specialem fi-
duciam, cum clare constat, quæ sit fides, secundum
quam factum est illis. [At hoc loco: Quæri inquit po-
test an de potentia Dei, & Christi persuasum esse suffi-
ciat, ut quisquam sit fidelis. Hoc enim sonant verba:
Creditis me posse facere? Atqui ex aliis scripturæ locis
patet notitiam potentia fore: namem vel frigidam, ni-
si de voluntate certi sumus. Christus tamen eorum re-
sponso contentus, ipsorum fidē quasi numeris omni-
bus absolutam laudat. Respondeo, quum prius Dani-
dis filiam confessi sint, de gratia aliud apprehendisse.
Nam hoc titulo redemptorem gētis suæ, bonorumq;
omnium autore thronabant. Ipse ergo de sua potētia
quæ ens, alius percontatur, an se iō credant. Fides er-
go Dei misericordiam & paternum amorem cum po-
tentia, Christi etiam propitiā voluntatem cum vir-
tute complectitur. Sed quia Dei potentia & Christi
virtuti minus quam decebat, vulgo tribuunt homi-
nes, non abs re hæc quæstio cæcis proponitur, an
credant Christum posse quod ore professi sunt.
Quamquam simpliciter scire voluit Christus, an sibi
ex animo deferrent Messia honorem. Et hac de causa
laudatur eorum fides, quod in illa humili contempta-
que specie filium Davidis apprehendebant.]

Respondeo: Verbis Christi cum aperte refutari. Quam-
Christus enim quærit, non alia dere, sed an crede-
rent, posse se hoc facere: Non vero an vellet, volunta-
tis incerti erant. Cuius indicium erat quod sequentes clamant
veluti neglexit, nec responsum dedit; ut vellet, roga-
bant. Credebant filium David, & redemptorem; non
tamen idcirco etiam hoc credebant, fore ut ipsorum
oculos aperiret; multos enim esse cæcos, surdos, clau-
dos, sciebant, quibus id beneficium non præstiterit,
nec ta-